7 *Sed* [p] *quoniam plerunque ſecuta aliqua offenſione poſt datam fideiuſſionem ſolet de varijs quæſtionibus dubitari, non impertinens exiſtimaui de eis etiam aliquid ſubijcere.* [q] *Quæro itaque in primis, facta per aliquos promiſſione de nõ offendendo, prout ſit, quando contrahitur pax, vel præſtatur hæc cautio, nunquid ſi vnus ipſorum offendat alterũ, & ſic fragant pacem, poſſit alter* [r] *impune illum offendere? Reſpond. quod ſic: ita ſentit Bartol. l. cum pater, §. libertis, in fin. ff. de legat. 2. & ita communiter concluditur, vt atteſtatur Alexan. in l. cum proponas numer. 6. C. de pactis. Hanc etiam eſſe communem opinionem, dicit Alexand. conſil. 115. numer. 7. lib. 4. Dec. conſil. 380. num. 2. Pariſ. conſil. 164. numer. 23. lib. 4. Claud. in d. l. cũ proponas, num. 6.* [ſ] *Cephalus conſil. 35. num. 27. lib. 1. & dicit Corn. conſil. 42. in littera F. lib. 2. quod in hoc omnes concordant. Et hoc etiam ſi in contractu appoſita eſſet*

31 *Sed quoniam plerumque.*] Adde, quomodo † cautio iſta de non offendendo rupta dicatur, vel non, vt per Maſcard.
32 de probat. concluſ. 1131. & ex quibus pax dicatur † rupta per eundem habetur in concluſ. 1157. volum 3.
33 Item adde † aliam quæſtionem, quod ſi plures fecerint pacem cum aliquibus, & promiſerunt eos non offendere ſub pœna mille, ſi poſtea aliquis eorũ offendatur ab aliquo ex parte, non tenetur ſolus offenſor ad pœnam conuẽtionalem, ſed quilibet de parte offendente pro virili portione, ita tradit Alexand. in conſ. 116. volumin. 4. de quo conſilio vide Thob. Non. in conſilio 152. numer. 17. inter conſil. crimin. diuerſ. tomo primo, vbi dicit, quòd Alexand. loquitur quãdo plures, qui fecerunt pacem, conſiderantur, vt vnum corpus.
34 Item adde † aliam quæſtionem, quòd pace, ſeu tregua inter aliquos inuicem de ſe non offendendo, & cum iuramento facta, quorum aliqui ex vna parte non expreſsè, & nominatim, ſed verbis generalibus tantum comprehenſi in tregua, & pace banniti errant, & rebelles, poterantque de iure ex ſententia contra eos lata offendi, & occidi, ſi aduerſarij in pace, ſeu tregua comprehenſi, illos bannitos occiſuri ad locũ aliquem accedant, & eos interficiant, & cum eis alium non bannitum expreſſe in pace, ſeu tregua comprehenſum, quòd bannitorum erat ſocius, & defenſor, ſi pacem, ſeu treguam non rupiſſe dicuntur, vt latè per Bero. in conſ. 196. per totum volum. 3n. & in coſilio ſeq. *Baiard.*

q *Quæro itaque in primis.*] Offenſionis appellatione quid veniat, Farinac. dict. quæſt. 107 part. 2. numer. 142. artic. 13. & an ex ſolo inſultu articul. 14 numer. 158. vbi ponit 12. caſus. Quid ſi modica ſit offenſio articul. 15. numer. 210. Et an ſit materia fauorabilis; aut odioſa articul. 31. numer. 396. *Roſ.*

Quæro itaque in primis.) Adde videndum omnino Vulpel. in conſil. 118. vbi tenet, reccurrendum eſſe ad coniecturas & præſumptiones ad cognoſcendum, quis fuerit aggreſſor,
35 † ſiue auctor rixæ, & ibi ponit multas præſumptiones, vide etiam Hercul. de caut. de non offen. in capit. 30. vbi latè, quando quis fatetur ſe vulneraſſe ad ſui defenſionem, & non apparet, quis fuerit inceptor rixæ
36 Item adde, quòd † in dubio non preſumitur aggreſſor, ſi tractatur de pœna conuentionali, & commodo priuati, Maſcard. de probat. concl. 72. num. 15. & quando ambo ſunt vulnerati, & non apparet de inceptore, an teneatur ad pœnam conuentionalem de non offendendo, vel de pace ſeruanda, vide quę poſui ſupra in §. homicidium verſic. alia eſt defenſio, ibi bene verum eſt in fin. nu. 233. Tiraq. de pœn. cauſ. 62. vbi num. 1 tractat, an puniatur.
37 Item adde, quod pax † aut tregua facta inter aliquos etiam pro abſentibus, pro quibus Notarius fuerit ſtipulatus, aliquo ex dictis abſentibus ante ratificationem illius offenſo nullum ei, aut hæredibus ius ad pœnam agendi competit, nec pax dicitur rupta, etiam quod poſt offenſam offendens ratificaſſet, Bero. in conſil. 199. volumin. 3. Decianus conſilio 24. numero 61. volumin. 1. & latiſſimè Rimin. in conſil. 103 volum. 1. & conſil. 470. volumin. 4. vbi idem tenuit, quando extarent conſtitutiones, quòd condemnationes præiudicarent principalibus delinquentibus comprehenſis in pace, licèt non fuiſſent in pace nominati, nec etiam ratificaſſent, declarando dictam conſtitutionem non habere locum in ignorantibus, & abſentibus, & ibi multi contrarium tenentes. Sed ſi principales pro abſentibus de rato promiſiſſent, tunc pax, aut tregua eſſet rupta ante ratificationem, quantum ad obligandum principales, quoad pœnam conuentionalem Dec. conſil. 531. in fin. & Moron. in tract. de fide, tregu. & pace, quæſt. 135. num. 1.
38 Item adde, † quòd fiſcus pace fracta nomine partis læſæ abſque mandato ad pœnam rectè non agit, neque nomine ſuo, ſi publica perſona pœnam promiſſam fiſci nomine non acceperit; & niſi plena, & legitimá probatio fuerit facta de offẽſa; Bero. in conſil. 200. vol. 3.
39 Item adde, ſi quis ſub pœna promiſerit non offendere, nec offendi facere aliquem per ſe, vel per alium de ſua parentela, pro quibus de rato promiſit, & quòd promiſſio eſſet duratura per totum menſem Maij, & ultra ad beneplacitum Præſidis, eo offenſo per vnũ de d. parentela poſt menſem Maij, durante adhuc officio præſidis, & nulla facta declaratione beneplaciti, promittens ad pœnam non tenetur ſecundum Bero. conſil. 204. volum. 3.
40 Item adde, † ſi pater pro ſe, & filijs ſuis non offendere, vel pacem conſeruare, quod etiam filij ſpurij intelligeretur comprehenſi, vt late per Rim iun. conſ. 442. per totum vol. 5.
41 & an filij non nati, † nec concepti tempore pacis intelligantur comprehenſi, Bertaz. conſil. 30. & 185. vol. 1. & conſ. 282. volum. 2. & Rimn. iun. conſ. 101. vol. 1.
42 Item adde, † quòd ſi vnus ab altero inſultatur, & ille inſultatus de defendendo occidit inſultantem, & exceſſit modũ in ſe defendendo, non punitur pœna conuentionali, ſed pro exceſſu tantum. Affiict. in deciſio. 206. incip. penes, & apud acta, & Foller. in pract. crim. in verb. recipiantur defenſiones, num. 14. *Baiard.*
43 r *Impunè illum offendere.*] Adde, quòd † offendens aliquẽ cum quo habet fideiuſſionem de non offendendo, poterit ab eo exigi pœna fideiuſſionis, & puniri etiam pœna corporali iuxta qualitatem delicti, Marſil. conſ. 9. col. fin. & Foller. in pract. crim. in verb. debitis pœnis, num. 23. *Baiard.*
44 ſ *Cephal. conſ. 35.*] Item adde, † quod fideiuſſio de non offendendo facta in perſonam tantum, per exploſationem archibuſiatæ non rumpitur, quando non adeſt offenſio. Gabr.
45 conſ. 171. nec † inſultu rumpitur fideiuſſio, quæ eſt de non offendendo in perſonam, Alex. in l. ſemel mora. ff. ſolut. matri. & Grat in conſ. 3. num. 3. uol. 2. contrarium tenuit, ſcilicet quòd ex inſult, & ſola inuaſione proxima maleficio fiat, quòd tregua dicatur rupta. tenuit etiam Lud. à Peguer. in q. crim. cap. 21. & maxime ſtante ſtipulatione de non offendendo, & iniuriam inferendo.
46 Item adde, † clericus præſtiterit fideiuſſionem de non offendendo laicum, & laicus erit fideiuſſor, poterit conueniri coram iudice laico, Affiict. deciſio. 206. Guido Pap. deciſione 562.
47 Item adde, quòd Cephal. d. conſ. 36. num. 31. & ſeq. † dicit, quòd ſi ab vtraque parte fuerit contrauentum, partes non poterunt agere ad pęnam conuentionalem, quia mutuæ pęnæ compenſatione tolluntur, & quia eſt iudicium ciuile: ſed fiſcus pœnam ſibi applicatam in inſtrumento ab vtraque parte exigere poterit, quia eſt iudicium criminale: ad hoc vide etiam Vulpell. in conſ. 89. per totum, & in tract. de pact. q. 103. vbi tenet, quòd fiſcus pœnam conuentionalem exigere poterit: ſed uide, quæ poſui ſupra in §. homicidium, in verſ. eſt etiam defenſio.
48 Item adde, † quòd tregua inter aliquos prius exiſtente ſub pœna, ſi poſtea pax inter eoſdem facta ſit, & vnus ex eis promittat filium ſuum abſentem, alias in tregua comprehenſum, pacem ratificaturum infra octo dies poſt eius reditum

clauſula, [t] *quod pęna toties committatur, quoties contra factum fuerit: adhuc enim iſte, qui poſteriore loco offendit, non dicitur in pænam incidiſſe. Et hanc opinionem tãquam comunẽ ſequitur Alex. in allegato conſ. 115. num. 8. & ſequ. Pet. Bel. de re milit. fol. 139.* [u] *n. 52.*

8 *Sed* [x] *hic incidenter quæro, Pone, quod ſint factæ induciæ, vel (vt noſtri Doctores appellant) tregua, inter aliquas partes; nunquid ſi vna pars frangat inducias poterit altera pars eis contrauenire? Reſpond. Aliqui dixerunt, quod non, ſed quod tenetur eas nihilominus obſeruare: & fuit dictum originale Vincent. in cap. inter verba, 11. quæſt. 3. Et hanc op. dicit eſſe communem Decian. in c. conſtitutus, il 1. poſt numer. 2. verſ. ad prædicta, de appella. Gratus conſ. 105. num. 1. & ſeq. lib. 1. Et dicit Imola in d. l. qui ſeruum, num. 2. quod ita obſeruatur de conſuetudine, prout illum refert Soc. conſil. 262. in fin. lib. 2. quod eſt duplicatum conſil. 90. lib. 3. Sed certè Imol. ibi hoc non dicit, ſed tantummodo refert Vincent. dicentem ita ſeruari in Hiſpania: & ſubdit, quòd illud potius videtur de conſuetudine, quàm de iure. Et Vincentium ita atteſtantem refert etiam Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de tregua, & pace, ſuper rubr. & Alex. in d. l. cum proponas, num. 3. & Iaſ. in d. l. qui ſeruum, num. 3. & Gomeſ. Arias ſuper lege 36. Tauri, num. 12. Ego credo contrarium de iure verius eſſe, ſcilicet, quod pars nullo modo teneatur obſeruare treguam,* [y] *quam eius aduerſarius fregerit, & ita etiam ſemper vidi vbique obſeruari. Et dicit Corn. in d. conſ. 42. in littera E. ſe putare, quòd illa op. nullibi ſeruetur in practica; Claud. in d. l. cum proponas, num. 4. atteſtatur, quod vbiq; contrarium ſeruatur, præter quam in Hiſpania.*

9 *Quæro* [z] *nunc, Pone, quòd exiſtente inter aliquos rixa, ſeu inimicitia, facta fuerit inter ipſos promiſſio de non offendendo ſub aliqua pœna, & quod deinde ex noua cauſa ſiue rixa ſuperueniente vnus eorum alterum offendat: nunquid diceretur commiſſa pęna? Reſpond. Bartol. in l. aut facta, §. cauſa, numero 1. ff. de pęn. tenuit, quod non; & ita communiter teneri atteſtatur Cornel. in d. conſilio 42. in littera B. Hanc etiam dicit eſſe communem opinion. Alexan. in l. qui inſulam, numero 4. ff. de verb. obl. prout illum refert Pariſ. in d. conſ. 165. num. 26. libr. 4. licèt in libro meo Alexan. id non dicat; refert etiam Taeg. in practic. crim. c. 13. num. 6. in fin. Soc. iun. conſ. 103. num. 7. libr. 3. Et dicit Bald. in cap. 1. in princ. num. 2. de pace tenenda, quod ita tenent communiter Doctores, & ita in facti contingentia conſuluit Rom. conſil. 158. Mantua. conſil.*

ditum in patria, aliàs pęna, de qua in tregua iam facta inter dictas partes, in ſuo robore pro d. filio tantum remaneat ex eo, quòd ignorante patre dictus filius in patriam reuerſus pacem non ratificauit, ſed vnum de comprehenſis in pace vulnerauit, pater ignorans, & non interpellatus, vt faceret filium ratificare, ad pœnam dictam non tenetur ſecundùm Bero. in conſil. 205. vol. 3. Ego autem de huiuſmodi concluſione valde dubito, & credo poſſe agi ad pęnam in tregua contentam, quæ fuit reſeruata, donec ratificationem infra octo dies poſt reditũ in patriam facere tenebatur, & iſte eſt verus intellectus illius ſtipulationis, ni fallor, & ideo fuit dictum, quod in ſuo robore pro dicto filio tantum remaneret, & non fuit dictum, quòd poſt octo dies non ſecuta ratificatione, intelligeretur renouata, ex quo parum facere videtur reſponſio Beroi dicentis, quod dicitur renouata, ſi pater eſſet in mora faciendi ratificare filium infra octo dies, eo maximè, quòd tregua non erat extincta quia nõdum pax erat inita, ſiue perfecta cum filio, aliàs filius non fuiſſet tutus, cum amplius non fuiſſet ſub tregua, nec ſub pace, niſi elapſo dicto tẽpore, quod non eſt dicendum, aliàs reſultaret iſtud inconueniens contra bonum publicum, & mentem contrahentium, qui viuebant ſub tregua, & vt magis tuti eſſent, pacẽ inierunt, & voluerunt treguam quò ad filium tantùm in ſuo robore manere, donec ratificaſſet, & quod pater teneretur ad faciendum eum ratificare infra dictum tẽpus; accedat etiam, quod ſi fideiuſſio tregnæ extincta fuiſſet, amplius reuiuiſcere non poterat ſine noua ſtipulatione cum fideiuſſoribus fienda. Ergo dicendum eſt, quod in ſuo robore, vſq; ad ratificationem remanebat, & ſic filius erat tutus ſub tregua ante ratificationem, & poſt ratificationem ſub pace, ex quo ſequitur, quod ſimiliter pars aduerſa tuta erat ſub tregua, & ideo offendi ab eo ſine fractione ipſius treguæ non poterat. *Drogh.*

t *Quod pœna toties committatur.*] Adde, quod talis clauſula ſolita eſt apponi in inſtrumentis, quæ tamen parũ, vel nihil operatur; & de iſta clauſula ſupra q. 46. in princ. & verſ. Quæro quæ debeat. *Drogh.*

u *Num. 52.*] Vide per Soc. conſ. 87. 7. dub. vol. 2. *Giach.*

x *Sed hic incidenter.*] Vulpell. in tract. de indit. poſt conſ. & Far. d. q. 107. ar. 32. par. 2. n. 406. *Roſ.*

y *Quam eius aduerſarius fregerit.*) Adde, quod tamen quatenus opinio Vincentij procedat, illa ſtrictè intelligitur, & in tregua tantum, non autem in promiſſione de non offendendo facta ad tempus, ad quam Iudex partes coegit, vt ſupra; ita dixit Petr. de Benintend. deciſion. 65. num. 5. vbi loquitur de his terminis. *Drogh.*

z *Quæro nunc.*) Vulpell. conſ. 2. nu. 39. & conſ. 7. n. 13. & conſ. 8. n. 1. & conſ. 9. in fin. & conſ. 26. n. 9. & 11. & conſ. 36. n. 7. & ſequ. Et an ſo.a admenatione, conſ. 49. & quid ſine ſanguine conſ. 51. Quid ex alapha conſ. 58. & 78. & 82. 88. & 89. & origo rixæ attendenda conſ. 98. n. 1. & 6. Quid veñiat offenſionis appellatione, vt cenſeatur rupta cautio, vel pax Far. d. q. 107. par. 2. ar. 13. n. 142. & ſeqq. & art. 3. part. 3. num. 403. & & trib. artic. ſeqq. *Roſ.*

Quæro nunc pone.) Ad-
49 de, quod in hac † quæſtione indiſtinctè poſita, maxima eſt inter Doctores controuerſia, multi enim tenuerunt hoc tantum procedere in pace, non autem in tregua, quã voluerũt ob offenſam ex noua cauſa factam ruptam eſſe, & pęnam commiſſã, ut latè per Moron. in tract. ſuo de pac. & tregua q. 117. & 118. ubi recitatis Doct. opinionibus, concludit ueriorem eſſe, quod tregua ad inſtar pacis ex noua cauſa non rũpatur; dicit tamen quod bonum eſſet habere iudicem amicum, & quòd in arduis optimè faceret iudex Principem conſulendo; & hanc ſimiliter dicit veriorem Bero. in conſ. 206. nu. 13. vol. 3. Viu. op. 227. l. 1. & Benint. in deciſ. 65. n. 4. Vulpell. verò in tract. de pace, q. 72. dicit, quòd in tanta maiorũ noſtrorum altercatione animus ſuus adhuc in dubio verſatur, & ibi ponit quandam ſuam diſtinctionem, quam videre poteris. Sed ego in facti contingentia opinionem negatiuam tanquam veriſſimam ſemper ſeruaui, & ſeruari vidi, nam ratio, quæ militat in pace, militat etiam in tregua, vt ait Benintend. in allegata deciſione, & multas alias rationes, & fundamenta adduxit Moron. in d. tractat. quæſtione 319. 320. & 321. & ratio eſt, nam id quod non ſubijcitur materiæ belli, non venit in materia pacti, uel pacis, ut ait Bal. in l. ſi prædium, numero decimoſeptimo, C. de ædilit. action. &
50 in dubio † cauſa ipſa præſumitur. Alexand. conſilio 115. uolumine quarto, & Bero. in conſilio 198. numero 14. uolumine 3.
51 Item adde, † quòd etiam ex noua cauſa tenetur ad pęnam conuentam, ſi promiſſum fuerit ſibi inuicem, & viciſſim non offendere, moleſtare, inquietare, & damnificare quomodocunque, qualitercunque, & ex quacunque cauſa tam cognita, quàm non cognita, ex quibus verbis

partes videntur voluiſſe, ſiue ex antiqua, ſiue ex noua cauſa conuenta pęnæ locum eſſe, ita tradit Riminal.iun.conſil.101. numer. 23. & per totum volum.1. ſed in eodem caſu Rimin. contrarium, & melius iudicio meo conſuluit Bertazol.in conſil.185.volum.1.& 282.volum.2. *Baiard.*

169.lib.1.Hoc tamen intellige, vt procedat, [a] *quando apparet de noua cauſa veriſimili; aliàs ſecus,* [b] *prout in facti contingentia conſuluit Ceph. conſil.35.libr.1.in primo dubio. Item intellige, vt procedat quãdo ille, qui offendit, non dedit cauſã, vel occaſionem ſecundæ rixæ, vel illam aliquo modo procurauit, ſeu affectauit;* [d] *aliàs enim vidi pluries iudicari, quòd diceretur commiſſa pœna: & hoc ad euitandas fraudes, quæ de facili poſſent hoc modo committi. Quilibet enim poſſet facere oriri nouam cauſam, & ita impunè alium offenderet, non obſtante promiſſione: quod eſſet maximè inconueniens.*

10 *Sed* [e] *hic quæro: Pone, quòd duo promiſerunt ſe inuicem non offendere ſub pęna. Modo contingit, quod ambo ſe inuicem offenderunt eodem tempore, ita vt non appareat, quis primo offenderit: nunquid aliquis ipſorum diceretur incidiſſe in pęnam? Reſpondetur, quod nemo eorum tenetur, ſed offenſa inuicem compenſatur: ita tenet Bartol. in l.cum pater, §.libertis, numer.7. ff.de*

a *Quando apparet de noua cauſa.*) Quomodo autem noua cauſa probetur, ibid.art.33.num.432. & an ſufficiat leuis, artic. 34. num.460. & ſeqq. vbi ponit 18.caſus, item art. 34 part.3. n.462. & ſeqq. Quid ſi prohibetur cauſa allegari artic. 35.nu.499. *Roſ.*

Quando apparet de no-
52 *ua cauſa.*) Adde, quod † ad cognoſcendum quando ſumus in dubio, an ſit veriſimile, & præſumatur quòd ex noua cauſa, vel antiqua cauſa offenſa illata fuerit, conſiderandum eſt, ſi qualitas nouę offenſæ correſpondet qualitati antiquæ offenſæ; tunc in dubio offenſa debet præſumi illata ob antiquam cauſam, & inimicitiam, ſuper qua pax, ſiue tregua fuit facta, ſi verò qualitas nouæ offenſæ non correſpondet qualitati antiquæ, tunc pax, ſiue tregua non dicitur rupta, quia debet præſumi offenſa facta ex noua cauſa, & non ex antiqua, ita tradit Bald.in l.ſi prædium, in penult.& vltim.col. C.de ædilit.action. quem ſequitur Alexan.in l.ſemel, mora, ff.ſolut.matr. Ceph.in conſil.35.num.5 hic allegato, & Bero.in conſil. 206.num.12.volum.3.& an offenſa magis reſpondeat nouæ, quàm veteri cauſæ, Iudicis arbitrium terminare debet; ita Vulpell.in tract.de pace, q.47.*Baiar.*

b *Prout in facti contingentia conſuluit Cephal.conſil.35.*] Adde Hercul. de caut. de non offend. c.13. & decif.Lucenſ. 100.& quod ſimplex inſultus, propter quem inſultatus, inſultantem offendit, dicitur eſſe noua offenſionis cauſa, vt offendens de pace rupta non teneatur. Bero.in conſ.198. n.2. vol. 3.& Alexan.in l.ſeruum, ff.de verb.oblig. *Baiard.*

53 c *Item intellige.*] Adde, quod vbi † auctor, qui fuit nouæ cauſæ, pacem, vel treguam rupit, nouam cauſam allegare non poterit, ne ex ſua fallacia præmium conſequatur; & ne homini licitum ſit legem eludere, argum.l.qui teſtamentum, de probat.& dicit Alexan.in conſil.39 volum.6.Marſil.in ſingul. 336.quod incipiens rixam, ſi offendatur, non rumpitur pax, vel tregua. Et de prædictis latè per Moron.in tractat.de fide, pace, & tregua, quęſtion.122.& 123. ubi habetur, quæ dicatur iuſta cauſa; & in q.124. & 125. habetur, quod pro parte
54 prouocati pax non dicitur rupta, † ſi incontinenti ſequitur offenſio, & non ex interuallo; & quòd pax non dicatur rupta pro parte prouocati, ſi incontinenti ſequitur offenſio, & non ex interuallo, tenet etiam Vulpell. in tractat.de pace, q. 103.

Item adde, quòd ad hoc, vt quis teneatur de pace, ſeu tregua rupta, neceſſe eſt, quod conſtet de contrauentione legitimè, & plenè per teſtes, vel per veram confeſſionem principalis, Bero.in conſil.197.num.2.volum.3. Et ſi ſtatutum diſponeret contumaciam rei principalis nocere fideiuſſoribus, per hoc non prohiberet, quòd fideiuſſores ipſi non poſſent comparere, & oſtendere, ſe ex tali delicto non teneri. Bertaz. conſ.280.& 287.

55 Item adde, quod † in ſtatu Eccleſiaſtico noua cauſa in pace, nec in fideiuſſione poteſt allegari, per Mot.propr. Pij IV. & V.de quibus in Bullario nouiter impreſſo, fol.870.& fol. 933. nec poteſt allegari per fideiuſſores, ne per indirectum principales defendantur, ut in d.mot.propr.Pij IV.& qui uult allegare nouam cauſam, debet prius obtinere facultatem eã allegandi, ſecundum Vulpell.quæſt. 47. & 48. an offenſio ex antiqua, uel noua cauſa facta præſumatur, & qualis cauſa eſſe debeat, ut à fractione pacis, uel indiciarum excuſet, & in conſil.88.num.2.ubi dicit, quod cauſa noua, ut excuſet, debet eſſe prouocans, uſque ad iracundiam. Et in iſta quæſt.de noua cauſa, uide Hercul.de caut.de non offendend. cap.13.fol. 50. vbi etiam declarauit d.motum proprium, quod non procedat, quãdo noua cauſa eſt clarè probata, & non eſt dubia, vel ambigua, quæ non cenſetur ſublata per Motum proprium, ſed cenſetur excludere iniuſtam, leuem, vel friuolam cauſam, non veram, & probatam, ita ſimile decretũ propriè declarat Bertazzol.conſil. 4. numero decimo, & conſilio 151. numero 13. & Bero. in conſilio 198. numero 15. & 16 volum.tertio, dicitur, quod tale decretum non eſſet validum, ſi non intelligeretur, quod ſolum haberet locum in caſu dubio in quo de iure communi præſumitur ex noua cauſa; nam ſtante tali decreto; in dubio ex cauſa antiqua intelligeretur: ſed quando pro certo conſtat offenſionem fuiſſe factam ex noua cauſa, pax, ſeu tregua non dicitur rupta, & ita interpretanda eſſet conuentio, ſi in inſtrumento pacis expreſsè conuentum fuiſſet, ut non poſſet allegari noua cauſa. Bertazzol.conſilio 147 numero 24.uolumine primo, & quod pax non dicatur rupta, ubi adſit noua cauſa, uide Decian. conſilio quarto, numero uigeſimo ſecundo, uolumine tertio, etiamſi cauſa ſit iniuſta. Thob.Non.conſil. 108. numero 17.& conſilio 111.numero 10.& 11.Vulpell.in conſilio 67. & Bero.in conſilio 198 numero ſecundo, uolumine 3.In materia d.motus proprij, & an cauſa noua allegari poſſit per fideiuſſores, uide D.Hieronym. Mag.deciſion. Lucenſ. 100.numero 19.cum ſequent. & ibi adnotata per Fab. Tim. de Bonſerinis de Vrbeueteri, qui fuit in Gubernio Spoletano meus Generalis locum tenens, & Modeſt. Polent. conſilio 46.numero 42.volumine ſecundo, conſilio criminal. diuerſ. magn.impreſſ.tenet, quod in his, quæ non tangunt delictum, debet audiri, & Scarlatt.conſilio 114.inter conſilia criminal. tomo primo, tenet indiſtinctè, quòd fideiuſſores audiri debeant. idem tenet Bertazzol. conſilio 287. column. 2. vbi dicit, hoc procedere etiam ſtante ſtatuto, quod contumacia noceat fideiuſſori: & principales inquiſiti de pace fracta, ſiue eorum fideiuſſores extra carceres non poſſunt audiri, per Bullam Clement.VII.de qua facit mentionem Thob.Non. in conſilio 152.numero decimooctauo inter conſil.criminal. diuerſ.tom.1.

Item adde, quòd pęna appoſita pro pace conſeruanda, quæ fuit applicata fiſco per paciſcentes, non poteſt remitti in pręiudicium fiſci, Bald.Angel.& alij in l.in inſulam, §.fin.ſolut. matrimon. Couar. variar. reſolut libro primo, capitulo decimoquarto, in fine, Moron.in tractat.de pace, fide, & tregua, quæſtione centeſima vigeſimanona, numero vigeſimoquinto. *Baiard.*

d *Alias enim vidi pluries iudicari.*] Adde, quod an pax rupta ſit ex cauſa antiqua, vel noua relinquitur coniecturis, & eſt ad materiam l.per contractum, C.de donation. An autem promittens, qui ſub colore pacis interficiat inimicum, incurrat in pœnam, vide Marſil. dicta Rubric. de fideiuſſ. numero centeſimo quinquageſimoſecundo, numero 208. Et an in dubio pax intelligatur rupta ex cauſa noua, vel antiqua, Benintend. dicta deciſione 65. numero vigeſimo. *Drogh.*

e *Sed hic quæro.*] Vulpell.reſp.86.& 114.& Far.d.q.103. art.33.n 456.& duobus ſeqq.& n.459. *Roſ.*

legat.2. & eſt communis opinio, vt dicit Alexand. in l.ſi ſeruum, §.ſequitur, num.9.ff. de verbor. oblig. quem refert Boer.dec.237.poſt n.2. Gratus conſ.114.n. 14. lib.2.Iaſ. in d.§.ſequitur, n.12. [f] *Et hęc quidem concluſio de plano procedit, quando agitur ſolummodo de pœna applicãda parti; ſed ſi in promiſſione fuiſſet appoſita aliqua pęna, quæ eſſet applicanda fiſco, fortè ambo eſſent condemnãdi: licet enim ratione incertitudinis regulariter omnes debeant abſolui,* [g] *tamen illud habet locum, quando agitur de pęna pecuniaria: nam omnes puniuntur, ne delictum remaneat impunitum, vt dixi infra quæſt. 60. verſic.vidi ego.*

11 *Quæro* [h] *etiam, ſi duo promiſerunt ſe inuicem non offendere ſub pœna, nunquid ſi vnus eorum offendat fratrem alterius, dicatur incidiſſe in pęnam. Reſpon.quod non: ita tenet Bart.in l. ſi ita ſtipulatus, §.Chryſogonus, numero 10.de verb.oblig. & ita dicunt communiter Doct. vt ait Bald. in cap.1.§.ſimiliter ſi dominum, numer.4. quibus mod. feud. amit. Petr.Bellus de re milit. fol. 136. poſt nu. 53. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Alexan. in d. §. Chryſogonus, num.20.& ſequen. Ad hoc enim, vt dicatur pax rupta, requiritur, quod perſona offenſa ſit talis, quod propter eius offenſam competeret principali actio iniuriarum proprio nomine.* [k] *Quod tamen intellige, vt procedat, niſi maniſeſtè appareret, quod offendiſſet eius fratrem, vt ipſum principalem offenderet, puta, quia nullam aliam cauſam inimicitiæ haberet cum ipſo fratre: nam eo caſu grauius etiam eſſet puniendus.*

12 *Sed* [l] *quid ſi vnus ex illis, qui promiſit alium non offendere ſub pœna, adulterauerit vxorem alterius, nunquid incidit in pœnã? Reſp.quòd nõ: quia præſumitur potius id* [m] *feciſſe cauſa libidinis, quàm animo iniuriandi. Ita tenet Bart. in l.verum, n.4.de fur-*

f *Et hæc quidem concluſio.*] Adde, quod hoc procedit in mutua promiſſione, de non offendendo, quæ pęna conuentionalis parti obſeruanti applicatur; ſecus autem quando pęna applicatur fiſco, vt hic dubitatiuè tenet D. Clarus, quòd procedit, ſi in ſtipulatione adſit clauſula, rato manente pacto; & clauſula, quæ pęna toties committatur ſoluta, vel non; quia tunc non poteſt excuſari eo prętextu, quod altera pars prius contrauenerit, & offenſioni cauſam præbuerit, ita tradit Vulpell. conſilio 89. per totum. *Baiar.*

g *Tamen illud habet locum.*] Adde videndum Bero.in conſ.196.nu.25. vol.3.vbi tenet, quod vterque à pęna immunis eſſet; idem tenet Viui. in opin. 84. in verb. currentibus, num. 4. vide etiam Corn.in conſ.51. num. 5. vol.1. & illud, quod dicit D. Clarus, quod quando agitur de pęna pecuniaria, omnes puniuntur, procedit quò ad pęnam conuentionalem, & Bero. d.conſ. 196.n.16. ait,
57 quod occiſurus † principaliter bãnitum, ſi in actu occiſionis occaſionaliter occidat alium non bannitum, & comprehenſum in pace, non dicitur tregam rupiſſe. *Baiard.*

h *Quæro etiam.*) Quid ſi curare promiſit, quod quis non offenderet. Vulpell. reſp. 81. per totum, & an largè capiatur; & futuros affines comprehendat, Vulpell.reſponſ.84.num.5.& 8.plura per Farin.d.q. 107.p.2.art. 22.num.317. & videndus erit Cæphalus conſil.587 n.19 lib.4.item D.Farin.art.23. n. 321.Item art.24.num.329.nec non d.q.107.p.1.art.16.num. 227.Et quid ſi offendatur uxor, ibid.artic.25.num.337.Quid de filio; quid de ſpurijs; quid de ſpiritualibus uel adoptiuis, ibi artic.26.num.346. per totum. Et quid de adhærentibus, artic.28. numero 370. Et quid de feminis, artic.29. numero 380.*Roſ.*

58 *Quæro etiam, ſi duo promiſerunt.*) Adde uidendum † Vulpell.de pac.quæſtion.40. idem tenet Berous conſilio 135 numero 17.uolum.3.quod pęna non dicatur commiſſa, nec etiã diceretur commiſſa, ſi poſtea frater interfecti, qui erat comprehenſus in promiſſione, occideret offenſorem, quia ut ibi dicit Berous, eſt noua cauſa, ſed Luc.de Pen.in l.unic.num. 50.C.de publ. lætit, uel conſil.tenet contrarium, quod offendens uxorem, patrem, filium, uel fratrem pęnam ſtipulationis committit. *Baiard.*

i *Reſponde, quod non.*) Contrarium dixit Marſil. Rubr. de fideiuſſ nume.231. in fin.cum hoc dicto non tenuit Felin. capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, colum. mihi 39. in fine, coll. de conſtitut. & in cap. cum ordinem coll.ſeptim.de Reſcript. *Drogh.*

k *Quod tamen intellige.*) Adde quod in Statu Eccleſiaſtico
59 ſumentes vindictam contra propinquos offendentes, ſiue ſit ille, qui fuit offenſus, vel alius ſuus propinquus, quod offendat ad vltionem iniuriæ propinqui ſui, crimen lęſæ maieſtatis, & rebellionis incurrit, & alias pœnas, de quibus in conſtitut. Pauli Secundi folio 91. quæ conſtitutio, licèt ſit localis in Vrbe, per Clement.VII. conſtitut.6.folio 287. fuit extenſa per totum ſtatum Eccleſiaſticum, & poſtmodum fuit confirmata per Pium IV.& V.& multos alios Pontifices, vt
60 apparet in Bullario nouiter impreſſo. Et in Ciuitate † Spoletana propter frequentiam dicti delicti, quod ibi appellatur *vendetta tranſuerſale*, fuit edita conſtitutio per Illuſtriſſimum Dom. Cardinalem Sfortiam, tunc Status Eccleſiaſtici Legatum, qua, vltra alias pęnas, committens tam enorme delictum, euerſo capite in loco publico pingi debet, & illa conſtitutio, in quolibet bimeſtri legitur in publico Conſilio. Et hoc tam deteſtandum ſcelus iura non cogitauerunt, ſicut nec D.Clarus hic ſciuit, quo nomine illud appellare poſſet.

61 Item adde, † quod cautio præſtita inter inimicos de non offendendo affines, & attinentes, tam actiuè, quàm paſſiuè, vſque ad tertium gradum, ſecundùm ius canonicum incluſiuè computandum, non comprehendit ſponſum, & ſponſam, & conſequenter eorum conſanguineos, & affines, Viui. commun. opin. 808. numero 32. & 41.volum.3. *Baiard.*

l *Sed quid ſi vnus ex*
62 *illis.*) Adde, quòd † idem eſſet, ſi alter ex ijs, qui pacem ſub pęna fecerunt, violenter filiam alterius rapuerit, etiam ſi rapiendo, & abducendo rapiens illam acriter percuſſerit, Alexand conſilio 113. volumine 2. quem ſequitur Berous in
63 conſil.208.numero 8.volum.3. ſed ille, † cui vxor adulterata, vel filia ſtuprata, vel rapta fuerit, poterit adulterantem, ſiue rapientem offendere abſque eo, quod dicatur rumpere pacem, ſecundùm Paulum de Caſtr.in l.ſeruum, ff.de verb. obligat.
64 Item adde, † quod fallit, niſi pax pro tali iniuria facta fuiſſet, Melchior in conſilio 38. numero 35. volumin. 1. conſil. criminal. folio 169. & Ioann. de Anan. in rubric. de aduler.
65 numero ſeptimo, & idem eſt in furto, † vt propter furtum pax non dicatur rupta. Cornel. in conſilio 51. numero tertio, volumine primo, quæ tamen non procedunt, vbicunque aliquo veſtigio, ſigno, vel cõiectura colligi poſſit adulterium ipſum, ſeu furtum commiſſum fuiſſe non animo explendæ luxuriæ, aut lucri propoſito, ſed principaliter offendendi, & uindicandi, & tunc pax rupta cenſeretur. Mand. in addit.ad Roman in conſilio 187. poſt Gozadin. in conſilio 31.numero 14.& Viui. opin. 366. ſub numer.5. uolum.2. Sed Luc.de Pen.in l.unica, numer. 54. C.publicæ lætitiæ, uel conſulum, libr.12.ubi tenet indiſtinctè, quod paciſcens, qui promittit nõ offendere in perſonam, nec in rem, ſi adulteret uxorem paciſcentis uolentem, uel filiam, ſiue neptem ex filio, uel ſororem uel nurum; adulterium commiſit, & ibi numer.55.dicit etiã, quod ex lenocinio cum perſonis prædictis paciſcentis pax dicitur rupta. Bertazzol.autem in conſilio 26. dicit magis cõmunem eſſe, quod pax non dicatur rupta, & opus non eſſe, quod conſtet magis motum fuiſſe ex libidine, quàm odio. *Baiard.*

m *Feciſſe cauſa libidinis.*) Contrarium, quòd immo potius adulterium committatur in odium, quàm amorem,